indulgenciis et litteris apostolicis ordini eorum locis quecumque talibus et
studiis presertis sive vniuersitatibus clericorum et
scolarium eorundem in generali concessis per que premissis non expressa
vel totaliter non inserta effectus huius statutorum et ordinacionum
nostrarum omnium quorum aliorum singulorum contentorum in eisdem premissis
valeat quomodolibet impediri Et de quibus quorumque totis tenoribus
plenam et expressam oportet in nostris litteris fieri mencionem
Ne autem supradicta aliqua vel aliquo in obliuionis lubricum deduca-
cantur seu prepondantur ab aliquo quominus vt de ipsis nunc
et de cetero in temporibus futuris notitia clarior habeatur Eadem auctoritate
statuimus et ordinamus et districte iniungimus vt in primo generali
capitulo dicti ordinis et deinceps annis singulis in eodem capitulo
generali Et sic quolibet anno in quibuslibet monasteriis et locorum conue-
ntualium dicti ordinis omnibus monachis eorum ad hoc in capitulo
specialiter congregatis premissa omnia et singula clara voce distincte
legantur et publicentur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostrarum voluntatum constitucionum statutorum
ordinacionum promissionum inhibicionum Reprobacionum De-
testacionum Abolicionum Reuocacionum Disposicionum Limitaci-
onum et mandatorum infringere vel ei ausu temerario contra-
ire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se no-
uerit incursurum. Datum apud Pontemsorgie Aui-
nionensis dyocesis Idus Julii Pontificatus nostri Anno
quarto.

Tenor secunde littere

Benedictus episcopus seruus seruorum dei ad futuram
rei memoriam. Pastor bonus diligens compositus et pugil
oues suas errabundas et deuias ne pereant et deuio
vertantur lupinis damnosisque ad caulam reducere satagens
sollicite et vigilanter super illas vt alias sue custodie

depravitatis instituit studiosas operationes sibi et aliis spiritua-
liter et temporaliter salutares. Sic igitur nos quos celestis disponente
pastorem gregis dominici tenere in ecclesia sancta in summi pontificatus specu-
la. Domini nostri Ihesu Christi vicariatus officium exercentes ferventer
in votis gerimus et quantum divinis supplicatis convenire
possimus studium apponimus sollicitudinis efficacis ut cuncti
tam ceteri maiestatis obsequiis sub regulari dedicati quam
ceteri Christicole delivi in normam rectitudinis ac timore venie
ad reconciliationis sue gratie gratiam admittantur quia deus
vocat ne pereat sed salventur. Sane ad apostolatus
nostri non sine mentali molestia iam dudum perducto notitiam
quod nonnulli stabilitatis sue professionis immemores proposito
regulari temere dimittentes ac de diversis mundi partibus
ad sedem apostolicam confluentes et pretendentes variis
coloribus et figmentis causas se in suis claustris et reli-
gionibus non posse commode permanere. Nos de apostolice
pietatis habundantia talium periculis animarum occurrere desiderantes
attendentes quod ut huiusmodi religiosis apostatandi et per secula
gradus atque monasteria seu alia loca ordinum eorundem
vagandi materia in posterum amputetur. Apostatare
autem qui iam periculose vagantur per seculum ab eorum temeritatis
revocentur necnon ad eorum religionis habitum propositum
revocetur. Super premissis oportune ordinationis remedia prout
series subsequens describit digesta in hac parte deliberatione
prehabita providimus apponenda. Volumus namque et apostolica
auctoritate ordinamus universis et singulis tam exemptis quam non
exemptis prelatis immediatis quorumcumque religiosorum quibuslibet
ordinum in virtute sancte obedientie mandantes ut ipsi prelati apos-
tatas et etiam de suis ordinibus electos et quosvis religio-
sos alios eis subditos sine prelatorum eorundem licentia per seculum
evagantes requirant seu requiri faciant diligenter apostolorum

ad religionem reducere studeant eosdem. Et si apostate
citati et euagantes a religiosis prelatis redire noluerint et
prelatis ipsorum super hiis inobedientes seu rebelles extiterint
contra illos qui ad presens apud sedem constituti existunt auditor
curie camere apostolice alios non exemptos vero apostolice sedis. Non
exemptos vero ordinaria auctoritate locorum ordinarii ad requi-
sitionem dictorum prelatorum capere teneantur per auditorem et ordi-
narios antedictos prelatis eis sine difficultate qualibet remitte-
ndos ut sic redire ad religionis obseruantiam et obedientiam
prelatorum suorum ac inuiti professione compellantur. ¶ Ceterum predicta
intentionis exceptione aut suadendis volumus et ordinamus ut ad
apostatas qui religionis quam professi sunt habitum dimiserint
et ad religionem aliam absque sedis apostolice seu alia debita
licentia transierint. habitumque assumpserint huiusmodi religionis alterius
etiam si in ipsa religione alia in qua ut preferetur assumpserint
habitum solempniter professi fuerint. Ad religionem quam primo dumtaxat
canonice antea professi fuerint. infra tamen mensium spatium a pu-
blicatione qua hec nostra constitutio et ordinatio ante admoniti
eam peruenerint vel per alios scierint quam minus peruenerint ad eosdem.
Et quod spatio eis pro peremptorio termino assignamus curent re-
dire ad habitum prioris sue religionis nequaquam dimissa resumendum
ac gestandum. Volumus quoque et ordinamus quod predicti prelati et aliorum
monasteriorum seu locorum aliorum quorumlibet ad que ipsi
apostate ut premittitur tenentur apostatare contigerit eosdem apostatas
ad habitum et religionis eorum priores recipere teneantur. Et si forte
inde prelati capitula aut conuentus monasteriorum seu fratres eorum et
locorum predictorum recusaret recipere apostatas predictos volumus
et ordinamus quod ipsi prelati capitula conuentus et fratres per executores
conseruatores super hoc a sede apostolica deputandos ad eos recipiendos
recipiendos saluo ordinis disciplina. Quos volumus et ordinamus
contra illos qui voluntarie redierint. Hac vero vice in festa

sed misericordie temperari monitione premissa per censuram ecclesiasticam
sublato appellationis obstaculo compellantur. ¶ Nempe etiam illos
quoscumque apostatas quorum ordinum mendicantium fuerint. Et volumus et or-
dinamus quod si apostate ipsi ordinum ut predicitur mendicantium in
suis primis locis eorundem suorum ordinum recipi commode nequeant
in aliis locis ordinis eiusdem ipsorum vel alterius ordinis eorum men-
dicantium si alii mendicantes huiusmodi apostatas recipere no-
luerint sine mora collocentur. Et nos religiosos priores
locorum eiusdem ordinis adversus dictos apostatas ipsos qui-
transire ad alia loca eiusdem ordinis ut prefertur habuerint
ad recipiendum dictos apostatas in locis huiusmodi per executores
a predicta sede super hoc deputandos si opus fuerit censura
simili compellantur. ¶ Et quia nimia rigoris vel penalis
vel personalis asperitas ob fragilitatem humane con-
dicionis corrumpit. Volumus et ordinamus ut erga apostatas
supradictos et quoslibet ipsorum per eorum prelatos servata subiecto mode-
ramine prudenter. Caveatur quod ipsi prelati circa huiusmodi apostatas etiam
si ante vel post eorum apostasiam excessus in ordine suo vel
extra illum commiserint et circa procedere vel quecumque alia circa
in apostasiam huiusmodi lapsi fuerint vel ordinis sui carceres effre-
gerint seu ab abbatis aufugerint pro predictis eis penam seu peni-
tentiam salutarem imponendo iuxta eorundem ordinum [illegible]
instituta. Quam tamen penam seu penitentiam sic et misericordie
volumus temperari quod iidem apostate timore relaxationis seu pene
a resumptione suorum religionis et habitus minime retrahantur.
¶ Insuper iniungimus prelatis eorundem apostatarum dictos apostatas
ad religionem suam professam vel aliam mendicantium ut prefertur
[illegible] redeuntes absolvendi hac vice iuxta formam ecclesie
ab excommunicationis sententia in qua apostatando taliter inciderunt.
Et cum eis super irregularitate quam occasione apostasie
huiusmodi vel alias forsan sunt ligati. Divina officia

celebrando immo verius prophanando aut illis se immis-
cendo dampnabiliter inciderit preter casus apostolicarum sa-
lua dicti prelati expedire viderit dispensandi plenam
atque liberam concedimus auctoritate apostolica potestatem non
obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus quorumlibet ordinum
ecclesiarum monasteriorum et aliorum locorum predictorum iuramento confir-
matis apostolica vel alia quavis firmitate roboratis. Vel eciam privi-
legiis indulgenciis vel litteris apostolicis seu aliis quibuscumque
per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum
impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de quibus quorumque
totis tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam oporte-
ret in nostris litteris fieri mencionem. ¶ Ut autem volunta-
tem et ordinacionem nostram premissarum et aliorum huiusmodi expres-
sorum execucio prompcior et efficacior subsequatur volumus
et mandamus quod ordinariis prelatis apostatis et religiosis
predictis petentibus iuxta qualitatem casuum copiam presentis
littere apostolice concedatur. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre voluntatis ordinacionis mandatorum
et concessionum infringere vel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omni-
potentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nove-
rit incursurum. Datum Avinione xvi kl. Julii pontificatus
nostri anno primo.

Tenor alie littere 23 29

Benedictus episcopus servus servorum dei Ad perpetuam
rei memoriam. Regularem vitam professis sic expedit sub-
trahi omnes inquietudinis et turbacionis materiam quod in con-
templacionis suavitate quiete valeant famulari
Cum igitur ex eo quod professores ordinis predicatorum ad quo-
rum minorum et Cysterciensis ordines consueverunt plerumque
transire. multas in dictis ordinibus turbaciones infesta